Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite XXIII



νὴν ἀποσχέσθαι τῆς πρὸς αὐτὸν φαύλης ἐπιθυμίας, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν προτέρων αὐτῇ μεταμελῆσαι καλῶς, ὅλου τε τοῦ βίου μεταβολὴν καὶ τῆς γνώμης ἐνδεῖναι. Αὐτίκα γοῦν προσελθοῦσα, καὶ εἰς γῆν πεσοῦσα, καὶ ποδῶν ἐκείνου τῶν ἱερῶν ἁψαμένη, συγγνώμην τε ᾐτεῖτο τῆς ἀλλοκοτωτάτης ἐπιθυμίας καὶ ἀκολάστου ῥοπῆς· καὶ ὅπως ἂν γνησίαν εἰσενεγκοῦσα τὴν μετάνοιαν, τῆς ὁδοῦ πρὸς σωτηρίαν φερούσης μὴ διαμάρτοι, ὁδηγὸν αὐτὸν καὶ διδάσκαλον ἠξίου λαβεῖν. Ὁ δὲ (καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν Ἐφραὶμ ὢν ἐκεῖνος, αἰτήμασι τοιούτοις ἑτοίμως ὑπηρετεῖν καὶ παραινεῖν τὰ δέοντα) καὶ τοῦ μὴ πορευθῆναι πάλιν, τοῦ θείου φάναι Ἱερεμίου, ὀπίσω τῶν ἐνθυμημάτων τῆς καρδίας αὐτῆς τῆς πονηρᾶς, μηδὲ καταφρονῆσαι τοῦ δευτερῶσαι ὁδοὺς αὐτῆς, ἀσφαλέστατα παραγγέλλει, εἰς μοναστήριόν τε γυναικῶν εἰσάγει ἀρετῆς ἐπιμελουμένων. καὶ τέλος, τὴν ἐκεῖνον ὑποσκελίσαι τῆς εὐθείας ὁδοῦ βουληθεῖσαν, αὐτὸς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ μᾶλλον τῆς πονηρᾶς ἐπιστρέψας, καρπὸν ἔσχε δικαιοσύνης, τὴν ἐκείνης ἐπιστροφήν. Οὕτως ὁ θεῖος Ἐφραὶμ δύο πόρναις γυναιξὶν ἐντυχών, τὴν μὲν ὠφέλησεν, ἐκ δὲ τῆς αὐτὸς ἀπέλαυσεν ὠφελείας, ἢ τὸ ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἐξ ἀμφοτέρων· καὶ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀμφότερα, ἅτε δὴ καὶ ῥοπῆς θείας συνδραμούσης ἐπ' ἀμφοτέροις.

Ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Καππαδοκίας Καισάρειαν ὑπὸ τῆς ἀγούσης αὐτὸν ἄνωθεν ὁδηγηθεὶς χάριτος, τὸν μέγαν εἶδε Βασίλειον, τὸ στόμα τῆς ἐκκλησίας, τὴν τῶν δογμάτων πηγήν. ὃν Ἐφραὶμ ἰδὼν πολλαῖς ἤρξατο γεραίρειν ταῖς εὐφημίαις. διορατικῷ γὰρ ὄμματι τῆς ψυχῆς ὁρᾷ τινα περιστερὰν (ἡλίου ἀκτῖσι τὸ εἶδος ἐκείνης ὅμοιον ἦν) τῷ δεξιῷ τούτου ὤμῳ λαμπρὰν λαμπρῶς ἐπικαθημένην, πρὸς οὓς τε ὁμιλοῦσαν τῷ Βασιλείῳ, κἀκεῖνον πάλιν τῷ λαῷ τὰ ὑπ' αὐτῆς ὥσπερ ὑπαγορευόμενα διηγούμενον. Ὃς καὶ ὑπὸ τῆς σεπτῆς ἐκείνης περιστερᾶς τὰ κατὰ τὸν Ἐφραὶμ μυηθείς, ἔγνω τε αὐτὸν ὅστις εἴη, καὶ ὅτου χάριν ἀφίκοιτο, δι' ὃ καὶ μεταδιδοῦσιν ἀλλήλοις τῆς ὁμιλίας, καὶ τῶν παρ' ἀλλήλοις καλῶν ἀπολαύουσιν. Ἀλλ' ἐπανιτέον καὶ αὖθις ἐπὶ τὸν θεῖον Ἐφραὶμ, καὶ μόνα καθαρῶς τὰ ἐκείνου διηγητέον· ὅπως τε λογισμὸν οὐδένα μὴ πρὸς ἐργασίαν ἀρετῆς αὐτῷ συνεισφέροντά τι προσίετο· καὶ ὅπως δαψιλῶς αὐτῷ παρὰ Θεοῦ τὸ τῆς διδασκαλίας ἐδέδοτο τάλαντον, ὃ καὶ διαφερόντως ἐκεῖνος εἰς τὰς τῶν ψυχῶν αὐξάνειν ἀεὶ τραπέζας ἐσπούδασε.

Καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐπισημαίνεται, λέγων· ὡς ἄρα

A dendum, ut abstineret ab improba in eum libidine: sed ut priorum etiam eam malorum pœniteret, & mutationem adferret totius vitæ, & sententiæ. Statim itaque accedens, & humi procidens, & sacros illius pedes tangens, petiit veniam a ratione alienissimæ cupiditatis, impudicæque & intemperantis propensionis: & ne, cum veram & germanam attulisset pœniten-
B tiam, a via, quæ ducit ad salutem, aberraret, eum ducem & magistrum voluit accipere. Ille autem (quomodo enim, cum esset ille Ephraem, non erat talibus pariturus petitionibus, & ea, quæ par erat, admoniturus?) ne rursus ambularet, ut cum divino dicam Hieremia, post cogitationes cordis sui mali, neque contemneret, ita ut vias priores repeteret, præcipit egregie, eamque in mulierum includit (*Jerem. 7.*)
C monasterio, quæ virtutis curam gerebant: & tandem cum eam, quæ a via recta illum volebat abducere, ipse a via mala potius convertisset, justitiæ fructum habuit illam conversionem. Sic divinus Ephraem cum in duas incidisset meretrices, huic quidem profuit, ipse autem ex altera accepit utilitatem: aut, ut verius dicam, ex utraque; & utrumque præter spem omnem accidit, utpote quod divinum
D auxilium in utrisque concurrerit.

Hinc ad eam, quæ est in Cappadocia, Cæsaream deductus a gratia, quæ ex alto eum ducebat, magnum ibi vidit Basilium, os Ecclesiæ, fontem dogmatum. Quem cum vidisset Ephraem, cœpit eum multis honorare laudibus. Perspicaci enim animi oculo cernebat quandam Columbam (erat autem illius forma radiis solis similis) præclaram, præclare
E ejus humero insidentem, & in aurem cum Basilio loquentem: & illum rursus ea, quæ ab ipsa veluti dictabantur, referre populo. A qua veneranda columba cum didicisset de Ephraem, & quisnam esset cognovit, & quanam de causa venisset. Quocirca & se invicem sermone impertiunt, & fruuntur alter alterius bonis. Sed revertendum est rursus ad divinum Ephraem, & solæ il-
F lius res sunt pure narrandæ; quemadmodum nullam admittebat cogitationem, quæ non ei conferret ad virtutis operationem, & quemadmodum abunde ei erat a Deo datum talentum doctrinæ: quod quidem ille semper præcipue augere ad mensas studebat animarum.

Ipse autem hoc significat, dicens: quod

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0067
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg